

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Crux c  
cum uariis

Crucem ut in ea gloriemur Dominus suo gestans humero pro uirga regni nobis commendauit. Quod est grande ludibrium impiis, grande misterium piis. Et unde mundi philosophus erubuit, ibi apostolus thesaurum reperit. Quod illi uisum est stulticia, apostolo factum est sapiencia et gloria.

Augustinus super illud Gallatas VI.: Michi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Domini nostri *om.* C, Domini nostri] et cetera P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>